



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

252. Christus mortem ac resurrectionem suam prædicit Iudæis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCLI.

Passio D. N. IESU Christi matri
ipsius à Simeone predicatur.

I. In illo tempore erant Ioseph, & MARIA
mater Iesu, mirantes super his, quæ di-
cebantur de illo. *Ecclesia in Evangel. Domi-
nica infra Octav. Nativit. Domini, pau xillo
aliter, quàm S. Lucas. cap. 2. v. 33.*

II. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad
MARIAM matrem eius: Ecce positus est hic
in ruinam, & in resurrectionem multorum
in Israël; & in signum, cui contradicetur.
Luc. 2. v. 34.

III. Et tuam ipsius animam pertransibit
gladius, ut revelentur ex multis cordibus
cogitationes. *Luc. 2. v. 35.*

MEDITATIO CCLII.

Christus mortem & resurrectionem
suam predicat Indæis.

I. Vdæi dixerunt IESU, (cum eiecisset e
templo vendentes:) Quod signum osten-
dis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus,
& dixit eis: Solvite templum hoc, & in tri-
bus diebus excitabo illud. *Ioan. 2. vers. 18,
& 19.*

II. Di-

II. Dixerunt ergo Iudæi : Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud ? *Ioan. 2. Vers. 20.*

III. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus. *Ioan. 2. v. 21. & 22.*

MEDITATIO CCLIII.

Christus de sui, serpentis instar anei, exaltatione Nicodemum edocet.

I. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3. Vers. 14. & 15.*

II. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3. v. 16.*

III. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. *Ioan. 3. v. 17.*